



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, 1680**

137. An pro excommunicatis toleratis liceat publice orare & Sacrificia offerre? Et si excommunicatus toleratus petat pro se offerri suffragia communia, an peccet? Ex p. 5. tr. 9. res. 74.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

interfit divinis, sed ob aliud quodvis negotium, ut tradit Paludanus jam citatus *quest. 6. art. 1.* Innocentius *cap. nuper, de fidei excommunic.* Angeli. *verb. excomm. 3. §. 4.* Et hæc omnia docet etiam Gordonus in *sum. tom. 2. lib. 7. quest. 8. cap. 1. §. 4. num. 27. & segg.* Vide etiam Coninch *de Sacram. disp. 14. dub. 7. n. 53. & 58.* & Megala in *3. part. lib. 2. cap. 2. q. 3.* Turrian. *lib. 2. disp. 11. dub. 3.*

## RESOL. CXXXIV.

An qui dubitat se esse excommunicatum possit audire Missam?

Et an similiter liceat aliis, simili dubio existente, cum eo communicare? Ex part. 4. tract. 3. Ref. 66.

Quoad hoc lege sup. doctrinam Ref. 125. & 126. &c.

hup hoc du. Sio in Ref. 1. not. præterita, & in aliis ejus an. not. secundum.

§. 1. **A**ffirmativè respondeo, & ita præter alios docet Petrus Cornejo in *1. 2. D. Thomæ tract. 8. q. 19. disp. 4. dub. 2.* ubi probat, licitum esse dubitanti an sit excommunicatus, audire Sacrum, & alia excommunicatis prohibita facere, ac si excommunicatus non esset, & similiter licere, aliis simili dubio existente cum eo communicare, & hoc ait Cornejo, ut vitet periculum imminens, aut præjudicium notabile spirituale, vel temporale in propria persona rebus, aut honore; sicut non tepetur secundum illum ad recitandum Officium divinum, qui habens tenue beneficium dubitat in jure, an teneatur recitare, quia cum hoc sit grave onus non potest incurri, nisi propter causam certam.

## RESOL. CXXXV.

An excommunicatus incurrat aliquam penam, si Missæ, aut divinis Officiis assistat?

Et an aliquam penam incurrant admittentes excommunicatos ad divina Officia? Ex part. 5. tract. 9. Ref. 95.

§. 1. **R**espondeo negativè. Nam in tali casu nullam specialem penam expressam in jure invenio, nam non incurrit irregularitatem, cum hæc assistentia non sit actus Ordinis; neque incurrit excommunicationem minorem, quia hæc solem est imposita fidelibus communicantibus cum excommunicato, non verò ipsi excommunicato communicanti cum fidelibus. Et ita docet Cornejo in *3. part. de Sacram. disp. 10. §. 4. ex errore 8. dub. 2.* Sed si quæras an aliquam penam incurrant admittentes excommunicatos ad divina Officia? Cornejo ubi *supra* dub. 3. respondet solum incurrare excommunicationem minorem, ut in *cap. is qui, de sententia excommunicationis* in 6. Nam quamvis in *cap. Episcoporum, de privilegiis* in 6. incurratur etiam interdictum, cæterum ille textus non procedit generaliter de omnibus, sed solum de exemptis ab Episcopis.

## RESOL. CXXXVI.

Quid facere debeat Sacerdos, si excommunicatus denunciatus intret in Ecclesiam, dum Missa celebratur?

Et an sit omittenda Missa post inceptum Canonem, si consecratio non sit facta?

Et notatur prohiberi, ne quis simul cum excommunicato audiat Missam eandem.

Sed præter excommunicationem minorem, poterit excusari à mortali, si careat inductione, & cooperatione, & fiat absque contemptu, & scandalo. Ex part. 5. tract. 9. Ref. 92.

§. 1. **S**i Missa non est incepta, & superveniat excommunicatus, conandum est ut expellatur, per admonitionem, & per coactionem, si necessitas fuerit; quod si non sufficiat, distinctione opus est, vel enim deventum non est ad consecrationem, vel si est deventum; si non est deventum, omittenda est Missa. Si tamen facta est consecratio, perficienda est Missa, quia sacrificium perficiendum est ex jure divino, de quo in materia de sacrificio Missæ, vel in materia de Eucharistia, & in casu

## Et ejus absolutione. Resol. CXXXVIII &c. 83

*fuit.* Ergo hanc concedit. Minor probatur primo, quia cum talis concessio sit favorabilis, extendenda est, quantum verba patiuntur; hanc autem secundum communem loquendi modum facile patiuntur, nam ob hanc applicationem & participationem dicitur in Ecclesia esse communionem Sanctorum, hinc Ecclesia semper hæc duo pro eodem accipit. Nos cum aliquo communicare, & orationes publicas pro eo facere, ut patet ex cap. sacris 38. & cap. nobis 28. de sent. excommunicatis. Secundò, quia, ut ex eisdem capitulis patet æqualiter hæc duo ab Ecclesia permittuntur, aut prohibentur, scilicet pro aliquo publice orare, & recipere oblationes ab eo, vel pro eo factas. Nam hoc ipso quo Ecclesia has recipit, significat se cum facere participem suorum suffragiorum, quod nullo modo convenit eam fidei facere, atqui talis receptio est aperta quædam communicatio in Officiis divinis. Ergo cum generatim omnis talis communicatio concedatur, etiam illa receptio conceditur, & consequenter ut oretur pro talibus excommunicatis.

3. Notandum est tamen hæc suffragia communia, ut sacrificium & orationes nomine Ecclesie factæ, (& suo modo indulgentiæ) quando solum generaliter & indefinite fiunt, aut offeruntur pro fidelibus, non fieri, nec offerri pro predictis excommunicatis, ac proinde eis non prosunt, nisi quando specialiter, siue expresse, siue implicite fiunt, aut offeruntur pro illis, quia absque dubio minister Ecclesie, quando id specialiter non intendit, vult conformari Ecclesie, excludenti illos à dictis suffragiis, etiam si indulget illi, ut si velit, id faciat pro dictis excommunicatis. Quod si excommunicatus toleratus petat pro se offerri suffragia communia, peccat, quia petitione ipsa communicat per modum commercij cum eo, à quo petit, non verò, quia petit suffragia, quia alter, à quo petit, ea potest pro eo offerre, ac proinde peccando tantum peccat venialiter, quia ea petitio tantum est mala, quia est communicatio in locutione, & ita docet Hurtado disp. 3. de excom. diff. 4. n. 12.

### RESOL. CXXXVIII.

An liceat offerre suffragia Ecclesie pro excommunicatis non toleratis, si per contritionem justificentur, ante obitum absolutionem?  
Et an liceat applicare communia suffragia Ecclesie ei, cuius excommunicatio est occulta, si mortuus est in gratia? Ex part. 5. tract. 9. Resol. 75.

§ 1. **A**ffirmative respondet Megalius in 3. part. lib. 2. cap. 2. n. 8. Henriquez lib. 9. cap. 15. §. 3. in glossa lit. P. Sayrus de cens. lib. 2. cap. 3. n. 5. Avila de cens. part. 2. c. 6. disp. 4. dub. 2. concl. 1. Navarr. c. 27. n. 36. Covarr. in cap. Alma, part. 1. §. 6. n. 4. concl. 9. & alij; eo quod Ecclesia non videatur velle suffragia subtrahere iis, qui Deo sunt reconciliati, & hæc sententia docet etiam Philipp. Faber de cens. in 4. sent. diff. 25. q. 1. disp. 4. c. 4. n. 142. quia, ait ille excommunicatio est poena ordinata contra contumacem & inobedientem ipsi Ecclesie. Cum ergo tollitur inobedientia, & contumacia, tollitur quoque excommunicatio in foro interiori, & apud Deum, quia excommunicatio est effectus proveniens à peccato mortali contumacia, tanquam à causa; cessante autem causa, cessat & effectus ejus. Cum ergo apud Deum per contritionem sit absolutus, etiam apud Deum restituitur ad pristinum statum, & sic gaudet suffragiis, aliisque bonis, quibus per excommunicationem privabatur.

2. Negativam tamen sententiam docet Suarez disp. 9. sect. 3. n. 2. Vgolinus tab. 2. c. 9. §. 1. n. 4. Filliucius tom. 1. tr. 1. c. 2. n. 45. Gordonus tom. 2. lib. 7. §. 8. c. 1. n. 7.

Layman l. 2. tract. 5. part. 2. cap. 2. n. 4. Turrian. de cens. l. 2. disp. 9. dub. 2. Valquez de excommunicatione dub. 2. c. 11. Corneih de sacrament. disp. 14. dub. 6. n. 9. Sotus in 4. disp. 22. q. 1. art. 1. Cornejo in 3. part. §. 5. de excom. disp. 10. §. 3. dub. 1. Præpositus in 3. p. q. 2. de excommunicatione dub. 6. n. 38. Hurtado disp. 3. de excommunicatione, diff. 5. n. 14. Mercerus de sacrament. in 3